Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate: ipse
tem habet ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius quia
timebant iudeos. Iam enim conspirauerant iudei: ut si quis e
um confiteretur xpm. extra synagogam fieret. Propter parentes
ei dixerunt: quia etatem habet. ipsum interrogate. Vocauerunt
ergo rursum hominem qui fuerat cecus: & dixerunt ei. Da gloriam
deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si pec
cator est nescio: unum scio quia cum cecus essem modo uideo. Dixerunt
ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respon
dit eis. Dixi uobis iam & audistis: quid iterum uultis au
dire? Numquid & uos discipuli eius uultis fieri? Maledixerunt ei & dixerunt. Tu discipulus eius sis: nos autem discipuli moysi sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus. Hic
autem nescimus unde sit. Respondit ille homo & dixit eis.
In hoc enim mirabile est: quia uos nescitis unde sit: & a
peruit oculos meos. Scimus autem quia peccatores non audit
deus. Sed si quis dei cultor est & uoluntatem eius facit hunc ex
audit. A seculo non est auditum: quia quis aperuit oculos ceci
nati. Nisi esset hic a deo non posset facere quicquam. Responderunt
& dixerunt ei. In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et
eiecerunt eum foras. Audiuit ihs quia eiecerunt eum fo
ras: & cum inuenisset eum dixit ei. Tu credis in filium dei?
Respondit ille & dixit. Quis est domine ut credam in eum?
& dixit ei ihs. Et uidisti eum. & qui tecum loquitur ipse est.
At ille ait Credo domine. Et procidens adorauit eum. fria. v. t.
In diebus illis factum est uerbum domini ad me dicens. Jeremie .xxvi.
Sta in porta domus domini: & predica ibi uerbum istud & dic.
Audite uerbum domini omnis iuda: qui ingredimini per portas

191